EPIPHANUS / CASSIODORUS
um 1170/1180 Seite 67v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=900
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



enim et impii resistentium sibi lay
des cum gestorum magnitudine su
perantur. Sozom. 2.
Hec ergo apud orientales agebantur
ecclesias. Interea iulianus cesar
bello deiuncens barbaros apud re
num fluuium residentes. alios quidem
peremit. alios cepit. claraque uictoria
decoratus. dum mediocritate vite
atque mansuetudine militibus gratus
esset. ab eis appellatur augustus. Hoc
facto. nichil de constantio cogitans
iudices ab illo factos honoribus
mulcebat. et ad illius inuidiam
litteras proferebat. quibus ostenderet
eum propter bellum immagnentium
gestum. in italiam barbaros induxisse.
Repente uero religione mutata
cum prius esse xpianus putaretur.
semetipsum pontificem nominauit.
et ueniens ad templa paganorum.
sacrificauit. subiectisque talia colere
persuadebat. Cumque constantius in an
tiochia propter bellum persicum mora
retur. sperans ille. quod sine bello
posset illiricum detinere. ad eos
agebat iter. dicens se uelle con
stantio satis facere. tamquam non
sponte. sed uoluntate militum insu
las imperii suscepisset.
Dicitur itaque quia dum ad hos
terminos accessisset uindemia
iam collecta circa occasum plia
darum uuas denuo fuisse prolatas
insuper etiam hymbrem exaere
descendentem. in eius ueste simul
et ceterorum guttas singulas crucis
formasse signacula. Hoc facto. vi
debatur. et ipsi et aliis quia botris
extra tempus illatis. bonum rei pan
deretur indicium. ymber autem cadens
uestem super quam cecidat roborare.
Alii uero dicebant uuarum signum preter
tempus significare perditionem impa
toris. ad instar huiusmodi botronum.
et parui temporis. fore eius imperium.
Porro de cruce dicebant pronunciare
hoc signum. quia sit celeste dogma
xpianorum et oporteat signari cunctos
crucis indicio. Unde cognoscitur. quia
diuersa inter prestati quam dixerat impa
tor ueritate fraudati non sunt. Utrumque
enim oportune dictum. sequens tempus
ostendit. Cum audiret itaque constan
tius contra se uenire iulianum. in
structione belli parthici derelic
ta constantinopolim ueniebat.
Et mobsucrinis inter Socrates.
cilicas atque cappadocas. nimia
cogitatione. appolexie passione de
functus est consulatu thauri et floren
tii tercia die nouembris mensis. an
no uite sue quadragesimo et quinto.
ex quibus tredecim cum patre regna
uit uiginti quinque post illum.
Quo defuncto iulianus Sozom.
quidem tracias obtinebat. et
non post multum temporis constan
tinopolim ueniens. appellatus est
imperator. Explic. l. v. Incipiunt capitula
De iuliani libri. vi. Cap. i.
genere ac disciplina et quomodo
peruenerit ad imperium. ii Quo
modo iulianus ad ritum deuenerit
paganorum. et de sacrificiis idolorum.
iii Quomodo et ante imperium latenter
fuisset paganus. iiii Quam fuisset
xpianis infensus. v Quia in inicio